

120 basis marmorea. Ostiae prope Turrin Bovaccianam auctumno a. 1797 repperit Faghan VISCONTI, similiter FEA. Extat in museo Lateranensi.

IVLIAE ·  
AVG ·  
MATRI · CASTRORVM

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 181'; Fea *viaggio ad Ostia* p. 51; Nibby *viaggio ne' contorni di Roma* 2 (1819) p. 296, *dissert. dell' accademia rom. d'arch.* 3 (1829) p. 341, *analisi* 2, 468. Est errore vol. VI n. 1049 inter urbanas.

121 basis marmorea. Rep. et adservata una cum n. 120.

M · AVRELIO  
ANTONINO ·  
CAES · IMP a. 196  
L · SEPTIMI  
5 SEVERI · PII ·  
PERTINACIS · AVG  
ARABICI · ADIABENICI  
P · P · FILIO

Descripserunt De Rossi et Michaelis. E. Q. Visconti ms. I f. 181; Henzen, qui vidit, *bull. dell' Inst.* 1845 p. 61, syll. n. 5503. Errore est vol. VI n. 1050 inter urbanas.

122 tabula marmorea utrimque scripta. Effossa in Portu Romano, inde Romae in museo Torloniae.

a  
gerMANICO  
maximo pont. max. tribVNICIAE  
p o t. i m p. c o NS IIII PRO  
cos pp. et iuliae aug. MATRI · AVG · ET  
5 castrorum et patIAE a. 213/217  
d E V O T V S

b  
BRVTTI unico maximo germanico  
MAXIMO pio felici  
AVGVSTO  
a. 215 LAETO II et ceriale cos  
5 CHARITO VER

Utramque inscriptionem recens effossam in Portu descripsit De Rossi mense Febr. 1868; alteram (a) Romae descripserunt Bormann et Gatti.

a 4 in litterae τ hastam residuam enotavit solus Bormann.

123 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. in Portu Romano, nunc Romae in museo Torloniae.

MATRIS  
aug. et castrorum VM  
APIS SCHOLAM  
M SVA PECVNIA 5  
fecerunt VNT PR ID IVN  
II COS  
O HERACLIDEN  
cura aGENTIBVS  
CTO ET M METTIO ARPOCrat 10  
I O N E

Descripserunt Bormann et Gatti. Paulo plenior edidit Lanciani *bull. dell' inst.* 1870 p. 21.

Videtur pertinere ad Antoninum Caracallam et Iuliam Augustam. — 4 cultores Ser]apis Lanc. — 6 seq. Quae inclinatis dedi, servavit Lanc.

124 Romae in villa Albania inter inscriptiones quae huic villae nuper demum accesserunt et quarum maior pars reperta est in Portu. Hanc etiam mentio fabrorum Portui vindicare videtur.

ET · INVICIM  
AVG · MATRIS · AVG et castrorum  
et patrlAE · PHAEDRO  
E · PATRIBVS ·  
5 sVMP TIBVS FABR  
chrySSEROS · IVN · EXV

Descripsi. P. H. Visconti catalog. vill. Alban. p. 313 n. 234.

125 tabula marmorea. In episcopo Portuensi.

IMP CAESARI · M a V R E L I O  
S E V E R O A L E X A N D R O  
sic FELICE AVG ET IVLIE MAMEAE  
MATRI · DOMINI N ET CASTROR  
5 TOTIVS · Q · D · D · STATION FRUMENTARIORVM  
sic LOCVS · ADSIGNATVS · A · B AGRICOLA · AVG · LIB · PROC · P · V ·  
ET PETRONIO MAXSIMO · 7 · ANN · ET · FABIO · MARONAE 7 sic  
OPERVM · DEDIC · III · NON · AVG · APPIO CL · IVLIANO · ET BRVTT · 3 Aug. 224  
CRISPINO · COS · PATRONO · Q TVRRANIO MASILA · CVRA  
10 AGENTE P · FLAVIO · FL · FILIO · FELICI IVNIORE  
ET · VALERIO · DONATO CVR ·

Descripsi. Consulatium solum vv. 8. 9 enotavit Fea *effemeridi letterarie di Roma* fasc. 33 (1823) p. 300 et *giornale arcadico* vol. 44 (1829) p. 339. Integram descripsit Amati ms. 9744 f. 14', *giornale arcadico* vol. 28 (1825) p. 352; idem misit Borghesio, unde edita est in *Borghesii opp.* 6 p. 252. Henzen in syll. Orelliana n. 6523.

1—3 nomina Alexandri et Mamaeae erasa sunt, sed leguntur. — 5 STATIO FRUMENTARIORVM Amati (ms.), ubi litterae FRV videntur deberi coniecturae; STATIONFRUMENTARIORVM Henzen, idque ipsum ego mihi in lapide agnoscere videbar, licet litterae NFRV non nimis certae sint. [Solve statio n(umeri) frumentariorum Th·M·] Rasuram vocis FRUMENTARIORVM Borghesius l. c. p. 254 tribuit errori quadratarii, quae opinio vix cuiquam probabitur. Causa sane latet; sed conferri potest, quod etiam in titulo n. 7 dedicato genio castrorum peregrinorum a frumentariis vocabulum aliquod est erasum. — 11 videtur postea additus esse.